



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

De Sacerdotii Origine & Præstantia - Variis item Industriis, & Praxibus,  
quibus Sacerdotes boni ad Dei gloriam suámque & Proximi salutem  
promovendam sunt usi ; Malorvm Qvoqve Sacerdotvm infelici interitu,  
radicibus, & remediis Cui etiam Compendium Ritualis, ea, quæ pro  
commodiori Sacramentorum & ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1681**

§. 11. De Exemplis Caritatis erga Defunctos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48600](#)

ipsem non raro invisebat. Nulli vero dimisca-  
peteret, negabat. Vita l. 2. c. 5.

Jacobus Merlohorstius omnes Domesticos sibi ambilli-  
ia morum similitudine, & vita innocentia simili-  
quod licet in teneris impenetrata sit difficile, obtinere;  
continua vigilantiā, assiduisque monitis. Vespere  
certum locum colligebat, ut Litanias cum variis psalmis  
recitarent, & Examen Conscientiae ficerent. Domini  
Festis diebus Evangelium dicere congruum vernaculo sermo  
legebatur. Denique domus instar religiosissime Famili-  
composita erat, nullus ut strepitus, fabulae, risus, vani-  
tas auditetur; etiam cum Exulum Familiam cum jucunditate  
admississet, prater laborantium strepitum, alium abso-  
gebat silentium. Vita c. 24.

II. Ad hæc ergo Exemplaria sæpe oculos suis rebatur  
Sacerdotes, & sic Domesticis suis tam spiritualia, quam  
corporalia bona provideant, ut de illis perinde, ac de  
forti & sapiente dici queat: Non timebit domini suae, un-  
ribus nivis (id est, grandibus malis & adversitatibus),  
enim Domestici ejus vestiti sunt duplicibus, id est, ad  
diis contra spirituales & corporales morbos & ad  
structi.

### §. XI.

#### De Caritate erga Defunctos.

I. Ut appareat, quantopere hanc caritatem cordi  
Sacerdotes debeant, melius id demonstrare non posse.  
quam si referam, quid P. Jacobus Laynes Societas  
secundus Generalis ad Socios suos de hac materia lenocinat  
dum inter alia commendans iisdem, ut quotidie  
frequentissime annuarum, quæ in purgatorio igne tor-  
tur studiosè meminissent, hæc ratione illis hanc causa  
persuadere conabatur: Namque quandoquidem Socie-  
tantum exhaustis laborum, occupationibusque tam  
sive literariis, sive spiritualibus implicatur, co-  
secundum gloriam DEI, consilio, ut homines ad  
felicitatem consequendam juvet, quem ad finem etiam  
nōque tam grandi redempti sunt, consentaneum p-

ibidem, ut eundem prosequens caritatis spiritum, etiam ex hac  
digressis ad cursum conficiendum optuletur, ne justa  
causa Societatis caritatem quasi imperfectam & man-  
fumulat accusandi, & meritò licet conqueri, se medio in iti-  
natur, eoque loco destitutos, ubi nullam sibi ipsi opem ferre  
possunt, ita Laynius, utri in Hist. Soc. p. 2. l. 2. à n. 88. vide-  
tis precl. Quæ omnia facile etiam Sacerdoti cuivis applicari  
possunt; & verò etiam non pauci insigniter applicarunt.

olemus. Odilo Abbas, postquam assiduò defunctis per psalmos,  
laudes, & Sacrificia succurrere studuisse, demum ut  
eum suam erga illos magis ostenderet, instituit, ut  
in primis post Festum Omnis Sanctorum die solemnis me-  
moria omnium in Christo quietientium celebraretur, quæ  
consuetudo postmodum à tota Ecclesia Catholica cele-  
bratur est. Vita 31. Dec. apud Haræum.

Nicolaus Tolentinas animam quandam sic ipsum al-  
de Misericordiam audivit: Veni, Pater venerande, veni, & respi-  
ca, utrumque deceat acquiescere tantæ multitudini miseri-  
cordie, quæ me misit tuam misericordiam flagitare; Et his  
verbis ad locum duxit, ubi innumerabilis era multa  
et cùm eis auxilium implorans, & dicens: Miserere Pater,  
miserere turbæ tam miseræ utile tuum auxilium exspectan-  
tes; nam si pro nobis dignatus fueris celebrare, maxima  
pars ab his atrocissimis poenis eruetur. Quare cùm is tota  
venerabilem cum facultate Superioris pro mortuis celebrâsf-  
eret, adfuit iterum anima, & gratias agens dixit, se cum ma-  
joribus illius multitudinis parte à poenis esse liberatam. Joan-  
nes Nadas in anno mortuentium bebdom. 2. n. 10.

S. Ignatius animarum purgantium juvandarum desiderio  
constitutus effecit, ut in Patria sua quotidie sub meridiem si-  
purgantium daretur ad orationem pro Defunctis faciendam. Glo-  
rifica S. Ign. c. 11.

S. Franciscus Xaverius parvâ campanulâ civitatem circui-  
tar, & incolas ad orationem pro animabus purgantibus offe-  
rendam commonebat. Eundem in finem consilio illius Ma-  
tthæus homo constitutus est, qui quotidie sub noctem altera  
campanulam portans urbem cir-  
mirer, & clamaret: Orate pro animabus fidelium defun-  
ctorum, qui in purgatorio torquentur. Diligenter etiam  
P. 5 omnes,

vinces, quos poterat, indulgentias illis applicabat. In  
mort quoque diligenter fuit Fratrum suorum defunctis  
& illis se in necessitatibus commendabat. Epist. la. 10.  
& Barry solit. die 3.

P. Petrus Faber è Societate JESU tanto subinde  
mortuis sacrificabat, ut toto sacri tempore lacrymas  
**ex oculis** fluenter. Optabat aliquando sentire vim de  
quos in passione sua Christus **ex tot cruciatibus** auct  
jam tum propositis sensisset. Magnificiebat Ecclesias tau  
ces pro Defunctis, illisque maximè utebatur dicens. Vota  
cæteris DEO probari, valere etiam ad Corporum Anima  
cujus mentio sit in ipsis precibus. Incitabatur ad hoc  
sericordiam, tum ex utilitate, quæ ex unius animæ purgatione  
patrocinio in Ecclesiam redundaret; tum ex majori libe  
ria, cum in purgatorio non ita possint DEI gloriam magis  
sicut in caelo. S. Gregorium ideo præcipue coloniæ Region  
tam luculenter de animabus illis scripsisset, illum non  
pro illis invocans. Volebat, ut nostri, si ob occupatio  
nem orare pro illis non possent, saltem labores pro illis compulsi  
Hæreticos vel eo etiam nomine detestabantur, quod  
animabus illis damnum superba eorum impiebat.

Vita 1. 2. c. 17.

Ferdinandus de Monnarij (alij Hernandum Montanarij  
cant, nisi fortè diversus sic) ex eadem Societate, prius  
moreretur, omnes Missas & pia opera, quæ post suum Quod  
sum à Societate offerenda erant, animabus purgatoriis  
scripsit, & hanc ipsam voluntatem suam literis confidit.  
Syllab. Prov. Pervan. 21. Sept. 1626.

Sacerdos quidam Pauper, cum assiduò Missas dicere  
Defunctis, & accusatus postea de variis defectibus ap  
peopum, & fidei justorem dare jussus, invenie no[n] pos  
tum animas à se redemptas configit, opémque petiit, ad  
sunt quāmprimum plures in aëre extensæ manus  
spondere. Spec. Exempl. dist. 3. ex. 118.

Julius Mancinellus è Societate JESU, quoniam  
peculiari affectu & studio Sacrificium pro defunctis  
& longo tempore perseveravit in orationibus auctor  
quibus indulgentiarum pro piis manibus sunt annex  
manè se vestiret, aut noctu exueret, incedens item

ab aliis, vel ascendens scalas semper pro iis orabat. Confundebat etiam brevem tractatum pro iis, qui dediti sunt iusti, quod illis animabus. Iter agens identidem pro iis funeris preces, labores & ærumnas, quos exantlabat, pro iis celebrabat. Incendens pedes, si viæ saxosæ & difficiles obstruebant, calceos exuebat, ut plius pateretur, & satisfacere posset pro iisdem. Consuetæ suæ sat longæ flagellationi aliam inducere, pro piis manibus; quæ caritas illius, piis manibus tam erat opportuna & fructuosa, ut sæpius ad illum suffitarent proprias suas necessitates & debita proposituræ,

*Acta 1.3. c. 2.*  
Jacobus Rhem ex eadem Societate mirus erat animarum regantium Patronus; unde hæ illi sæpissimè apparebant, presentiæ ad januam pulsabant, & eò vehementius, quod magis ope illius indigebant. Sæpe è Cœmiterio, è cuius Regione habitabat, auditæ sunt clamare: Pater Jacobæ, ora pro nobis. Annuz lit. Colleg. Ingolstad. 1618.

II. Exclamat ergo Sacerdos quivis cum S. Bernardo s. de quinque negot. Surgam in adjutorium illis: interpellabo remittibus, implorabo suspiris, orationibus intercedam, misericordiam sacrificio singulari. Si forte videat Dominus, & judicet, & laborem convertat in requiem, misericordiam in verberam, verbera in coronam, his enim & bujusmodi officiis testearum miseria relevari, finiri labor, destrui pena. Quod ut alacrius faciat, sæpe memor sit sententia à S. Ambroso prolatæ de offic. dum ait: Omne, quod defunctis causata pietatis impeditur, in nostrum tandem meritum transmutatur, & illud post mortem centuplum recipimus duobus annis; nam, ut Richardus de S. Vict. s. 27. de mortuis animæ ereptæ de purgatorio, dura adsumt celesti gaudio, modo interpellant exorando pro his, qui eis subvenient in hoc seculo, DEVS enim illis nihil negat. Cupis ergo, ô Sacerdos, ut tui misereatur DEVS? inquit S. Augustinus ad FB. in Eremo, fac, ut proximo miserearis in purgatorio; nam tantum tibi miserebitur DEVS, quantum tu misereberis proximo.

T I T U.